Piſces in pluuioſis temporibus impinguātur
Piſces ſenes mali ſunt ad ſaliendum.
Lupi guloſe comedunt: ſine maſticatione et tā tū comedunt vno die q̄ ſufficit per tres dies
Pecce dilligunt bibere aquam claram equi vero turbidam.
Saliua hominis ieiuni omnibus animalibus venenum habentibus contraria eſt.
Tempora pluuioſa nocent auibus: ſicca vero piſcibus.

Octaui de animalibus.

Apes i vere et autumno mellificant: ſed mel vernale melius et dulcius ac mundius eſt.
Natura dat vnicuiq̄ quod ſibi cōueniēs eſt.
Ceruus eijcit cornua ſua vbi eſt graue ea inueniri: vnde dicitur in pꝛouerbijs: vade vbi ceruus eijcit cornua ſua.
Fiectis cornibus ceruus timet lupos: et ideo latet: et nocte vadit ad paſcua.
Mel melius eſt ex cera noua: q̄ ex cera veteri
Mel bonum ſimile eſt auro.
Cibus apum eſt mel tempore noctis.
Vniuerſales maſculi foꝛtioꝛes ſunt femellis: preter vrſum et leopardum.
Mulier melioris eſt pietatis et compaſſionis q̄ vir. ſed maioris inuidie: et diligit lites: et malicioſior ē: et de facili decipitur.
Nulla femina recipit coitum poſt impꝛegnationem: niſi mulier et equa.
Cauſa maſculi eſt digeſtio ſeminis. Cauſa vero femine indigeſtio eiuſdem.
In coeuntibus voces mutantur.
Grues rectorem: qui ceteris doꝛmientibus excubat capite eleuato habent.
Vultur mali moꝛis eſt: clamoſus et famelicus ita q̄ in fine vite moꝛitur fame.
Moꝛtuo delphine: multi de ſpecie delphinorum concurrunt: et defferunt eum in pꝛofundo: et cauentes ne a piſcibus comedatur ſepeliunt eum.
Apes habent regem: qui non exit alueare niſi cum omnibus apibus.
Cum fatigatur rex apum ſuo volatu: fert ipſū turba apum.

Noni de animalibus.

Generatio filioꝛum non ē cōueniens niſi poſt tria luſtra annoꝛum.
Mares multum futuentes: ſeneſcunt cito.
Impꝛegnatio accidit mulieribus naturaliter poſt menſtruum.
Femine poſt partum cito creſcunt: et ſm hoc efficiuntur veteres ſiue vetule.
Mulieribus tempoꝛe partus accidit foꝛtis caloꝛ
Menſtruū in mulieribus ceſſat poſt quadraginta quatuoꝛ annos: in aliquibus vero remanet vſq̄ ad quinquaginta annos.

Decimi de animalibus.

Omne quod habet eaſdē cauſas: habet eadem accidentia.
Oculi quando accipiūt albam rem et lucidam lachꝛymantur.
Mulier doloꝛoſa et infirma: ſi ipꝛegnatur fetus vel ſemen coꝛrumpitur.
Mulieres lactantes omnino non menſtruantur vel modicum.

Vndecimi de animalibus.

De ratione pꝛudentis auditoꝛis ē iudicare ſuper ſermones dicentis et audientis.
Debemus inſpicere foꝛmas: et delectari in artifice qui fecit eas.
In omnibus animalibus et naturaliter vilibus eſt aliquid delectabile vel mirabile.
Magis concupiſcimus ſcire modicum de rebus honoꝛabilibus et altiſſimis: licet nō pꝛobabiliter id ſciamus: q̄ ſcire multum et per certitudinem de rebus minus honoꝛabilibus et vilioꝛibus vel vulgaribus.
In quolibet rerū genere: neceſſe eſt conſiderare cōmunia ſeoꝛſum: et poſtea pꝛopria vniuſcuiuſq̄ illius generis.
Natura ē ſicut motoꝛ: et complementū rerum
Natura cuiuſlibet eſt conueniens rei ad quā eſt pꝛeparata.
Nullū ens naturale natum eſt eſſe ocioſum.
Vir in omnibus animalibus ē nobilis.
Creatio coꝛpoꝛis et membꝛoꝛum: eſt pꝛopter animam.

Duodecimi de animalibus.

Principia elementoꝛum ſunt calidū frigidum humidum ſiccum: et hec ſunt cauſe vite et moꝛtis. Somnij et vigilie iuuētutis et ſenectute ſanitatis et egritudinis
Coꝛpoꝛa dura quando calefiunt: magis calefiunt q̄ coꝛpoꝛa humida.